

~~...~~ ~~...~~ ~~...~~  
Sunt. Simile  
mari et hoc dicitur  
et sic sunt et sic in  
... **C**... qui  
venit in mundo et  
quod et in manu  
in manus...  
...

F H I S

1 0 2 1



XVI

Philologie

Nº

7973

00 von mir

aus dem

unf.


K 2612



1 Rossetū dialogi graece  
et latine

2 — apophthegmata  
ex Plutarcho







APOPHTHEGMATA,  
EX PLVTAR-  
CHO ET ALIIS SCRIP-  
TORIBVS SELECTA, IN-  
que locos communes redacta,  
Græcè & Latinè,

*Autore*

IOHANNE POSSELIO,

*Nomina quorum Apophthegmata in hoc li-  
bello habentur, post præfationem  
adscripta sunt.*



VVITEBERGAE,  
Excudebat Zacharias Lehman,  
Anno. M. D. xcv.



Nº 7974

EX  
CHO  
PTORI  
que

JOHANNES ROSZELIO

Thomas proterus Apophthegmata in hoc li-  
bello habentur, quae per se  
adscripta sunt.



VITTEBERGAE  
Fuerstl. Buchh. Joh. Schömann  
Anno. M. D. XCIV.







*Adolescenti.*

ET GENERE  
ET INGENIO  
NOBILI, FRIDERI-  
CO ROSENKRANZTIO,  
Domino in Bol-  
vver &c.

JOHANNES POSSELIUS.  
S. D.

**V**T Historiae continentes il-  
lustria virtutis & rerum  
praeclare gestarum exem-  
pla, ita & acuta, brevia &  
sententiosa dicta, quae usitate Apo-  
phthegmata vocamus, magnam vim ad  
docen

X 2

docen



EPISTOLA.

docendum, mouendum, & delectandum  
honestos animos habent. Nam *Histo-*  
*ria*, testis temporum, lux veritatis, vita  
memoria, magistra vitæ, nuncia vetu-  
statis est, ut verissimè Cicero dixit: &  
*Apophtegmata*, quæ nihil aliud, quam  
flosculi quidam historiarum sunt, pecu-  
liarem quandam rationem breuiter, salsè  
& urbanè vitia taxandi, lectorem de  
rebus utilibus admonendi, & cuiusq;  
ingenium exprimendi continent. Quem  
enim nostrum insignis Phocionis ani-  
mi moderatio & patientia non cum qua-  
dam commiseratione delectat? qui cum  
ab Atheniensibus injustè damnatus es-  
set, & jam morti vicinus interrogare-  
tur, si quid filio, qui aderat, dicere vel-  
let, Ego, inquit, tibi fili præcipio, atq;  
etiam te obsecro, ne quid ob huius rei  
memoriam Atheniensibus male velis.  
*Aliis injustè morientibus præcipua con-*  
*solatio;*



DEDICATORIA.

solatio esse solet spes vindictæ: hinc vero id curæ fuit, ne filius iniustam hanc mortem vlcisceretur, maluitq; illum erga patriam, quam erga patrem, pietatem declarare.

Similis mansuetudo in Aristide, qui Athenis propter integritatem & innocentiam singularem, Iustus appellatus fuisse scribitur, conspecta est. Huic enim, cum populus invidia motus testulis in urnam missis, in exilium pelere vellet & illiteratus aliquis homo testulam ad eum detulisset, rogassetq; ut Aristidis nomen inscriberet, No-  
stine, inquit ille, Aristidem? Cumq; is respondisset, se quidem eum non nosse, sed molestè ferre quod Iustus nominaretur: tacuit Aristides, & nomen suum teste inscripsit, ac eam homini reddidit. Tanta patientia Aristides, cui

MINOR

X 3

nihil



EPISTOLA

nihil aliud, quam iusti nomen obijci po-  
tuit, injustam condemnationem tulit.

Sic quis non miretur breve &  
neruosum Phocionis responsum, quod  
Antipatro petenti, ut in suam gratiam  
quiddam non satis honestum faceret  
his verbis dedit? Non potes, o Antipas-  
ter, Phocione simul & amico & adu-  
latore uti. Ut enim amicus ab amico,  
nihil nisi quod iustum sit, petere debet:  
ita amicus rogatus, quousque patitur æ-  
quum & honestum, obsecundat. Adu-  
lator vero ad quiduis paratus est, &  
obsequitur.

Neque vero minus pie & graviter  
a Pericle roganti amico, ut sua gratia  
in quodam negotio peieraret, responsum  
est: Oportet me commodare amicis, sed  
usque ad aras. Monens voluntati amico-  
rum morem quidem gerendam esse, ve-  
rum eatenus, ne propter hominem a-

licus

ε X

micum



## DEDICATORIA.

micum contra pietatem Deo debitam peccemus. Olim enim jurantes, aræ manum imponebant, perinde vt nunc iusjurandum dantes, duos digitos erigere solent. Sic Themistocles Simonidi petenti, vt in causa quadam injustam sententiam pronunciaret, Neg tu, inquit, bonus Poëta eris, si præter Musicæ modulos canas, neq; ego bonus Magistratus, si contra leges sententiam feram. Vt enim in Musica vnica chorda discrepante, tota harmonia turbatur: ita iudex qui non causæ veritate explorate cognita iuxta normam verò bi diuini, & alias honestas leges ius dicit, ab officio discedit, neq; boni & piy Magistratus munus exequitur.

Idem Themistocles, cum consuleretur, vtrum bono viro pauperi, an minus probato filiam in matrimonium daret? Ego inquit, malo virum,

ali

) ( 4

qui



IN EPISTOLA.

qui pecunia egeat, quam pecuniam,  
quæ viro: Hæc & similia prudentum  
virorum breviter & sapienter dicta,  
quo diutiùs & attentius considerantur,  
hoc magis magisq; voluptate afficiunt  
lectorem, eumq; in cogitatione rerum  
honestarum & utilium detinent.

Cum igitur valde profit, eiusmodi  
insignium hominum graviter dicta,  
& historiolas jucundas adolescentibus  
familiarissimè notas esse, ego optima  
quæq; Apophthegmata, ex Plutarcho,  
& alijs scriptoribus collegi, & in Locos  
communes redegi, ac addita interdum  
brevis quadam declaratione, ubiq; cum  
Græcis Latina conjunxi, ut & edisci  
facilius, & conferri ab viriusq; linguæ  
studiosis commodius possint.

Tibi verò, Nobilissime adolescens  
FRIDERICE, hunc libellum pecu-  
lariter dedicare volui, ut meæ erga te,  
& ilo



## DEDICATORIA

Et illustrem familiam tuam obseruan-  
tia, ac voluptatis quam ex præclara  
tua indole, morum suavitate, et singu-  
lari discendi studio, capio, publicum  
testimonium extaret. Cum enim tum  
eiusmodi sapientum hominum dictis,  
non exiguam tum historiarum tum ho-  
nestissimarum rerum noticiam lectori  
adferentibus, valde delecteris, et me  
Græca Xenophontis *ἱστορικὴ ἱστορία*  
in hac Academia interpretantem, et  
reliquos meos collegas Artes dicendi, et  
alia tuæ ætati ac studiis convenientia  
tradentes, diligenter et assidue adue-  
ris, et pie ac modestè vixeris, facile  
apparet, te à multis alijs tui ordinis ado-  
lescentibus longè dissentire, qui verum  
Nobilitatis decus non tam in virtute,  
sapientia, doctrina, et illustribus ac  
conspicuis in patriam, Ecclesiam et  
Rempublicam meritis: quam in maiu-



EPISTOLA

rum dignitate, & opibus, à parentibus relictis, ac morum feritate, & habitu Thraſonico, poſitam eſſe, falſò exiſtimant.

Neg, verò poſſum non vehementer laudare excellentem pietatem & prudentiam laudatiſſimæ fœminæ, matris tuæ, natæ ex optimo patre CHRISTOPHORO GULDENSTERN, quæ arbitratur, non ſatis tibi eſſe, quod honeſtiſſimis parentibus prognatus ſis, ſed judicat ad naturam bonam atq; illuſtrem, rectam educationem, & piam institutionem accedere oportere. Quare ut Peleus Chironem, propter probitatem, peritiam & iuſtitiam, qua is cæteris antecellebat, filio ſuo Achilli Pædagogum præficit: ſic & illa tibi modèſtum & eruditum juvenem Iohannem Pauli Reſenium, qui morum & ſtu.



DEDICATORIA.

Studiorum tuorum inspector & gubernator sit, prudenti consilio adjunxit.

Planè igitur non dubito, quin si Deus, qui est vita nostra & condierum nostrorum, ut Moysis veritatem, te viuum & valentem conseruaverit, præstantibus illis Heroibus, **HOLGERO ROSENKRANTZ** patri tuo, beatæ memoriæ, qui inclyti Regni Danicæ Mareschalcus fuit, & **OTTO NI ROSENKRANTZ**, a vo paterno, Equiti aurato, piè defuncto, nec non Magnifico & verè nobili viro, **GEORGIO ROSENKRANTZ**, patruo tuo, & primario hoc tempore Regni senatori, virtute, doctrina, prudentia, & rebus præclare gestis, similis futurus sis. Bene & feliciter vale, meumq; hoc dedicationis officium, optimo studio, & tui amore susce-



EPISTOLA.

Susceptum, in optimam partem accipe.

Ex Academia Urbis Rosarum.

Anno 1587. IIII Idus.

Augusti.





**NOMINA E O-**  
**RVM, QVIBVS APO-**  
phthegmata, quæ in hoc  
libello extant, ad-  
scribuntur.

<b>A</b> eschines.	Aristides.
Aeschylus.	Aristippus.
Aesopus.	Aristoteles.
Agathocles.	Artaxerxes.
Alcarnenes.	Basilus.
Alcibiades.	Bias.
Alexander Ma-	Bion.
Anacharses. (gnus. C. Caesar.	
Anacreon.	Cato.
Anaxandridas.	Chabrias.
Antigonus.	Charicles.

An-



Antiochus. Charillus.  
Antiphanes. Cholo.  
Antisthenes. Chrysofostomus.  
Apollonius. Cicero.  
Arcefilaus. Chleantes.  
Archidamidas. Cleobulus.  
Archidamus. Clitharchus.  
Cyrus. Lucianus.  
Darius. Lycurgus.  
Demaratus. Lysander.  
Demetrius, Lysias.  
Democritus. Manius Curius.  
Demonax. Memnon.  
Demosthenes. Menander.  
Diodorus. Nilus.  
Diogenes. Pausanias.  
Dionysius iunior. Pericles.  
Dionysius senior. Philippus  
(Macedo.  
Dion



Dion Romanus.	Philistarchus.
Epanetus.	Philo.
Epaminodas.	Phocion.
Epictetus.	Pittacus.
Euclides.	Plato.
Eudamidas.	Plutarchus
Euripides.	Politys.
Gorgias.	Pompeius.
Hiero.	Posidippus.
Hippocratidas	Ptolemaeus.
Iphicrates.	Pythagoras.
Isocrates.	Scilurus.
Lacones aliquot.	Scipio maior.
Leon Eurycratides.	Scipio
Leonidas.	(minor
Septem sapientes	Thearidas.
(Græcia.	Themistocles.
Sextus.	Theocritus.
Simonides.	Theopemptus
	So-



Socrates. Theophrastus.

Solon. Timotheus.

Sophocles. Traianus Impera-

tor.  
Sostratus. Xenocrates.


Taxiles. Xenophon.


Tales Milesius. Zaleucus.





# AMICITIA.

 Δαρειος ο Ξέρξης, ῥοιαν μεγάλην  
αίνοίξας, πυθομένης πρὸς, ἡ αὐ  
ἔχεν βέλοισι πρὸς, ὅσον ἐστὶ τῶν  
κέκωσι τὸ πλῆθος, εἶπε, Ζωπίρης, ἔπος μὲν  
ἦν αἰὲρ ἀγαθὸς καὶ τῶν Δαξείων πιστὸς φίλος.  
ἔσήμηνε ἧ, ἔδεν προσήκον εἶναι βασιλεῖ βέλ  
τιον ἢ ἡδίων γνησίων καὶ πιστῶν φίλων. *Darius,*  
*Xerxis pater, cum aperuisset per grande ma-*  
*lum Punicum, & quidam ab eo sciscitaretur,*  
*Cuius rei tantum numerum habere optaret,*  
*quantus illic inesset granorum, Respondet,*  
*Zopyrorum. Is erat Dario fidus amicus, &*  
*vir bonus. Significavit autem, Regi nihil*  
*prius aut charius esse debere probis & fidis*  
*amicis.*

 Δημήτριος οὗ φίλος, ἔφασκε, ἵπτι μὲν  
τὰ ἀγαθὰ παρακαλεμένους ἀπέναι, ἵπτι  
ἧ τὰς συμφορῆς, αὐτομάτως. *Demetrius*  
*dicebat amicos in rebus secundis adesse debe-*  
*re vocatos, in adversis verò sua sponte & non*  
*vocatos. Congruit hoc Apophthegma cum illo*  
*Democriti: τὸν σπυδαῖον φίλον, πρὸς μὲν τὰς*  
*ἀφροσύνας κληθέντας δεῖ παρεῖναι, πρὸς ἧ τὰς*  
*περιστάσεις, αὐτέκλητον δεῖ συμπαρεῖναι. Pro-*  
*bum*



*bum amicum, gaudis vocatum adesse decet: adversis autem casibus sua sponte.*

**Σ**κιπίων ὁ νεώτερος ἐπέγραψε μὴ πλεόντερον ἐξ ἀγοραῖς ἀπελθεῖν, ἢ ποιησατοῖσι τινα σωθήη καὶ φίλον ἀμωσγέτως τῶν ἐντυχεῶν ὄντων. νομίζων ἀνθρώπων ἕδεν κτήμα πριμώτερον εἶναι. *Scipio minor dabat operam, ne quando è foro rediret domum, priusquam sibi quocungz modo quempiam eorum, in quos incidisset, amicum reddidisset, Sentiens homini nullam possessionem esse meliorem.*

**Α**ριστοτέλης ἐρωτηθεὶς τί ἐστὶ φίλος, ἔφη, μία ψύχη, δύο σώμασιν ἐνοικῆσαι. *Aristoteles interrogatus, quid sit amicus, una, inquit, anima in duobus corporibus.*

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς, τίς ἐπιτήδεια πρὸς φιλίαν; ὁ ἀπήσχε, ἔφη, ἀδικεῖσθαι διωάμενος. *Aristoteles interrogatus, quis esset idoneus ad amicitiam? Qui, inquit, plurimas iniurias ferre potest.*

Φίλον ἡγητέον, ἔφη φίλων, τὸν βοηθεῖν καὶ ἀντωφελεῖν ἐθέλοντα, καὶ μὴ διώματα. *Amicus existimandus est, inquit Philo qui opem ferre, & gratiam rependere cupit, etiamsi non possit.* Πλάτων ἔφη, φίλον εἶναι ζῶον φύσει ἄμωσ



AMOR.

3

Διοσκρίδου, Plato dixit, Amicum esse animal natura mutabile.

Αριστοτέλης ἐλάσπε ἔλεγε, ὡ φίλοι, ἔδειξέ τις φίλος. παρεμφαίνων, πολλὰς μὲν εἶναι φίλους λόγῳ, ὀλίγους δὲ ἢ μηδένους τῷ ἔργῳ. Aristoteles illud frequenter habebat in ore, O amici, nemo amicus. Sentiens multos esse amicos nomine, paucos autem aut nullos re.

AMOR.

Ἀντίοχος ὁ τρίτος τὴν τῆς Ἀρτέμιδος ἱέρειαν ἰδὼν ὑπερβολὴν καλὴν φανείσθαι Ἰθῆς ἀνεξέδωξεν ἐξ Ἐφέσου, φοβόμενος μὴ παρὰ γνώμην ἐκβιασθῆ περὶ ἁξιασίων ἕχουσίων. Antiochus tertius cum vidisset Diane sacerdotem supra modum eliganti forma, continuo soluit Epheso, veritus ne vis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod fas non esset.

Διογένης τὸν ἔρωτα, χολαζόντων ἀσχολίαν εἶναι ἔλεγε, δια τὸ εἶτο τὸ πάθος μάλιστα καταλαβῆναι τῶν ἀργύρωντας. Diogenes dixit, amorem esse ociosorum negotium: quod hic effectus potissimum occupet homines otio deditos.

A 2

Πόλ



Πόλυτος Θρακῶν βασιλεύς ἐν τῷ Τροϊκῷ  
 πολέμῳ πρὸς βουλευμένῳ πρὸς αὐτὸν ἅμα τῶν  
 Τρῳάων καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἐκελεύσει τὸν Ἀλέξαν-  
 δρον ἀποδόντα τῇ Ἑλένῃ, δύο παρ' αὐτῆς λαβεῖν  
 καλὰς γυναῖκας. ἐφρόνησεν αὖ ὁ Ἀλέξανδρος,  
 εἰαν ἔτο πεποιήκη μιᾷ σὺν ἑξαρκέντως ἀπολαύ-  
 σαι, ἔραχεν αὖ δύο νέας γυναῖκας, καὶ τὴν πε-  
 ποῖδα εὐπεπικῶι. *Poltys Thracia rex, Troia-  
 ni belli tempore, cum Troiani pariter & Gra-  
 ci legationē ad ipsum misissent, auditis utrisq;  
 pronunciauit, ut Alexander redderet He-  
 lenam, & à se pro una duas formosas abduce-  
 ret uxores, sapuisset Paris, si id fecisset. Nam  
 una satis fretus, habuisset duas novas, &  
 patriae consulisset. Comprobat hoc Paridis  
 exemplum dictum Menandri: μόνον ἀπαρη-  
 γόρητον ἀνθρώποις, ἔρωσ, id est, Solus amor  
 inter homines nullo sermone consiliove moue-  
 tur. Item illud Platonis: το Φυγῆται πρὸ τῷ Φι-  
 γῆδρῶν ὁ Φιγῶν, Amans est caecus circa rem  
 amatam.*

Αἰσώπις ἔλεγε, ὅτι ὑπὸ ἔρωτος κατεχρα-  
 μένους, ἀνοηχοῦντας εἶναι συμβαίνων. *Aesopius  
 dicere solitus est, Eos qui amore capti sunt  
 inuerecundos esse solere.*

ΠΛῆθ



ASSENTATIO.

Πλάταρχος εἶπε, τὸ λίαν Φιλεῖν ἔμνη Φιλῆν αἰετὸν εἶναι. *Plutarchus dixit, nimium amorem, odij causam esse. Congruit cum Socratis dicto: τὸ Φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν. Intempestivum est amare, simile est odio.*

ADVLATIO. ASSENTATIO.

Διογένης ἐρωτηθεὶς τῶν θηρίων κάκιστος δάκνη, ἔφη, τῶν μὲν ἀγρίων, συκοφαντίας, τῶν δὲ ἡμέρων, κόλαξ. *Diogenes interrogatus qua bestia morsum haberet nocentissimum, si de feris, inquit, interrogas, obtrectator, si de cicuribus, adulator:*

Ὁ αὐτὸς τὴν περὶ χάριν λόγον ἔφη μελιτῆρα νην ἀγχοῦνην εἶναι. διὸ τὸ ἀνελεῖν αὐτὴν οὐδὲ αἰσθρῶπας διὰ τῆς γρησολογίας. *Idem orationem blandam, non ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam, dicere solebat, melileum laqueum esse, quod blandè amplectens hominem iugulet.*

Φωκίων ὁ Ἀθηναῖος, Δημοσθένες εἰπόντις, ἐπικτενῶσί σε Ἀθηναῖοι, εἰάν με αἰῶσι. Νου, εἶπεν, εἰ μὲ μὲν, αἰ μαιῶσι σὶ δὲ, αἰ σωφρονοσι σημαί,

A 3 100,



νων, Δημοσθένη πάντα πρὸς χάριν εἰπεῖν, Phocion Atheniensis, Demostheni dicenti, Occident te Phocion Athenienses, si quando insanire cœperint, Respondit; me quidem si insanire cœperint, Te verò, si ad sanorem mentem redierint; Significans Demosthenem omnia ad gratiam loqui.

Ὁ αὐτὸς, ἀξιότιμος Ἀντιπάτρης ἰοῦσάκι τῶν μὴ δικαίως αὐτὸν, ἔδωκεν, εἶπεν, Ἀντιπάτρε καὶ φίλω Φωκίῳνι χεῖρα, καὶ κόλακα. Idem cum Antipater ipsum rogaret, ut in gratiam suam, aliquid iniuste ageret, Non potes, inquit, ὦ Antipater, Phocione ἔσσο ἀμικοῦ ἔσσο ἀσσητάτορε ὡς.

Θαλῆς ὁ Μήλησις ἐρωτηθεὶς τί δύσκολον, εἶπε τὸ ἑαυτὸν γινῶσκειν. ἕκαστος γὰρ ἑαυτῷ κόλαξ τυγχάνει ὢν. Thales Milesius interrogatus, quid esset difficile, Seipsum inquit, nosse; Quisq; enim sibi adulator est.

Ἀντισθένης ὁ φιλόσοφος κρείττον ἐλάττω, εἰς κόρακας, ἢ εἰς κόλακας ἐμπεσεῖν. οἱ μὲν γὰρ νεκροὺς, οἱ δὲ ζῶντας ἐδίδασκεν. Antisthenes Philosophus dicebat, si ad alterutrum adigeret necessitas, Satius esse in corvos incidere, quam in adula-



ANIMI MODERATIO. 7

*in adultores. Nam corvi non comedunt, nisi mortuos, adultores etiam vivos devorant.*

ANIMI MODE-  
RATIO, PATI-  
entia.

Τῶν Ἀθηναίων ὀργωμένων ἐπὶ τὴν ἐξοστρακισ-  
μὸν κατὰ Δεισίδα, ἔδικοία αὐθροῦ  
ἀγροῦματις ἢ ἀγροικὸς ὄστρακον ἔχων πρὸς  
σῆλθεν αὐτῷ, καλεύων ἐγγράψαι τὸ ὄνομα ἔ  
Δεισίδα, Γινώσκεις, ἔφη, τὴν Δεισίδην; ἔ  
αὐθροῦ γινώσκῃν μὲν ἔ φήσαντος, ἀχθεῖται  
ἢ τῇ ἔδικίᾳ προσηγορίᾳ. σιωπήσας ἐνέγραψε  
τὸ ὄνομα τῷ ὄστράκῳ. ἢ ἀπέδωκεν. ἔτι  
ἔλαχμονως ἤνευκε, τὴν κατάγνωσιν ἀδικῶν.  
*Cum Athenienses eò concitati essent, ut Ari-  
stidem ostracissimo in exilium agerent, ac ru-  
sticus quidam illiteratus testulam ad eum de-  
ferens iussisset, ut Aristides nomen inscribe-  
ret, Nostine inquit Aristidis, Aristidem?  
Cum ille negasset se nosse, nolcstè tamen ferre  
quòd Iustus cognomine diceretur, siluit Ari-  
stides ἔ nomen suum inscripsit testula ac red-  
didit. Tam levi animo ferebat iniustam dam-  
nationem,*

A 4

Σωκράτης



Σοκράτης πρὸς Ξανθίππην ἰ. πρῶτον μὲν  
λοιδορεῖσθαι, ὕστερον ᾗ καὶ περιχεασθὲν αὐτῆς, ὅτε  
ἔλεγον, εἶπεν ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα, καὶ ὕδωρ  
πιήσῃ: Socrates, cum Xanthippen diu rixan-  
tem tulisset in adibus, ac tandem fessus con-  
sedit ante fores, illa magis irritata patienti-  
a viri, de fenestra perfudit illum lotio:  
Ridentibus qui prateribant, & ipse Socrates  
arridebat, dicens: Facile divinabam, post  
tantum tonitru secuturam pluviam.

Ὁ αὐτὸς λακλιθεὶς ἐπεὶ δὴ ἠνέχετο, πινὸς  
θαυμάζοντος, εἶπε, εἰ δέ με ὄνος ἐλάκτισε, τίς  
κην αὐτῷ ἐλάγχανον? Idem cum in via  
quidam illi per lasciviam calcem impigisset,  
admirante quodam, quod id pateretur: Quid,  
inquit, si quis asinus me calce percussisset, an  
vocarem illum in jus?

Φωκίῳ τῷ Αθηναίῳ ἤδη τὸ κήλικος πρὸς  
Φεραμένης, ἐξώληθεὶς εἰπε λέγει πρὸς τὸν ἦον,  
Ἐγὼ σοι, εἶπεν, ἐντέλλομαι καὶ παρακαλῶ μὴ  
δεῦν Αθηναίοις μνησικακῶν. Cum Phocioni A-  
theniensi poculum cicuta temperatū porrigere  
tur, percontatus est quispiā, si quid filio vellet  
dicere, nam is aderat. Ego, inquit, tibi,  
mi fili,



PATIENTIA.

mi fili, precipio, atq; etiam obsecro, ne quid ob huius rei memoriam Atheniensibus male velis.

Πρὸς Ἀλκιβιάδην εἰπὼντα τῶν ἀνεκτῆς Ζαυθίπων λοιδόρησαι, ἀλλ' ἔφη Σωκράτης, σωφροσύνη, καθ' ἅπερ καὶ τρεχληλέας ἀκῶν σωεχῆς. Alcibiadi demiranti quod Xanthippe pen supra modum rixosam domi pateretur, Ego inquit, jampridem his assuevi, ut non magis offendar, quam si rota, quae aquam è puteo educit stridorem quotidie audiam.

Τῷ αὐτῷ ὁμοίον τι λέγοντι, καὶ σὺ μὲν ἀπαχηνῶν βρώτων ἀνέχη. ὃ ἢ εἰπόντος, ἀλλὰ μοι ὡς καὶ νεοτῆες τύκτασι. Καὶ μοι, Φησὶ Ζαυθίπων, παιδία γυνῶ. Eidē simile quid dicenti, At vero, inquit Socrates, nonne domi tuae toleras anserum strepitum? Tolero, inquit Alcibiades, sed anseres mihi pariunt οὐαῶ pullos. Et mihi ait Socrates, mea Xanthippe parit liberos.

Ποῦ δὲ Ζαυθίπωνος ἐν ἀγορᾷ καὶ τὸ θοιμάσιον ὄριον μῆνης, σπεύδων οἱ γνώριμοι χερσὶν ἀμυῖαδται, καὶ Δι', ἔπειν, ἵνα ἡμῶν κυκλώοντων ἕκαστος ὑμῶν λέγη, ἔν Σωκράτης, ὃ Ζαυθίπων, εὐαλήθη ἢ μάλλον ἀνὴρ ὁ φρόνημα τὸ ἀνοχῆς ἐαυτὸ παρ

Α δ εἰδόμενα



εὐδύγμα παρέχον, ἢ κατὰ γέλασον ποιήσασθαι  
 θέαμα ἀνδρὸς γυναικὶ μαχομένου. Cum ali-  
 quando Xanthippe in publico pallium marito  
 detraxisset, ac familiares eum admonerent  
 ut tantam injuriam manu ulcisceretur, Pul-  
 chre, inquit, nimirum, ut nobis colluctantibus  
 acclametis, Eia Socrates, Eia Xanthippe. Ma-  
 luit autem vir sapiens, tolerantia exemplum  
 de se praeberere, quàm ridiculum exhibere spe-  
 ctaculum viri cum uxore concertantis.

φιλόσοφος τις μοχθηρὰν ἔχων γυναῖκα ἢ  
 φλύαρον, ἢ πέρρονον πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, τίς  
 ἔνεκεν τοιαύτῳ ἔχων ἀνέχεται, εἶπεν: ὡς  
 γυμνάσιον ἢ παλῆστραν ἔχει φιλοσοφίας ὅτι  
 τὸ εἰκίαι, ἔσομαι γὰρ τοῖς λοιποῖς περὶ τὸν φησιν,  
 ἐν ταύτῃ καθ' ἑκάστου παιδιδόμα ὅτι τὴν ἡμέ-  
 ραν, πνέει ἢ διὰ τὸ ἀγαγέσθαι αὐτῷ αὐτὸν  
 λέγουσιν. Philosophus quidam cum uxorem ha-  
 beret improbam, & garrulam, & ebriosam,  
 percontantibus cur talem ferret? ut domi, in-  
 quit, habeam Philosophiae gymnasium & pa-  
 lestram. Ero enim erga ceteros lenior hac  
 quotidie institutus. Sunt etiam qui ipsum ob  
 hanc causam illam duxisse dicant.

CON-



## CONTINENTIA.

Ἀλκαμένης ὁ Λάκων, λογιότης ἔχων, ὅτι  
 πωρολιμῶν ζῆ, ἰκονὴν ἐστὶν κεκτη-  
 μένῳ, Καλὸν γὰρ, ἔφη, πολλὰ κεκτημένον ζῆ-  
 μεν λογισμῶν, καὶ ἐκτὴν Ἰπιδυρίαν. Alcame-  
 nes Lacon, exprohanti cuidam quod frugali-  
 ter viveret, cum amplas facultates posside-  
 ret, respondit: Decet eum qui multa possidet,  
 pro ratione, & non pro libidine vivere.

Ἐπὶ Σκιπίων ὁ πρεσβύτερος Καρχηδόνος  
 μετὰ κράτῳ εἶλε, τὴν ἑρακωτῶν πνεὺς αἰχμάλω-  
 τον λαβούτις ἄπεσπῆ περθεῖον, ἠκον κομίζον-  
 τις αὐτῷ το ἐδιδώσαν, ἠδέως αὐν, ἔφη, ἔλαβον,  
 εἴπερ ἦν ἰδιώτης, καὶ μὴ ἄρχων. Posteaquam Sci-  
 pio maior Carthaginem (novam) armis cepe-  
 rat, milites quidam virginem elegantis for-  
 ma captam adduxerunt, eiq; tradiderunt.  
 Hic ille, libenter, inquit, acciperem, si priva-  
 tus, & non imperator essem.

Ἀριστοπῶς ὁ θεορίππῳ βασιζοντος ἐν  
 ὀδῶ δρυγέμον καὶ βαρνωμῶν, Απόχεν, ἔφη, τὸ  
 πλείον, καὶ ὅσον δυνάσται, Βάσαζε. Aristip. cum  
 famulus in itinere pecuniam gestans onere  
 premeretur, Abijce inquit, quod nimium est,  
 & fer quod potes. Adul.



## ADULTERIVM.

Τοσαύτη μὲν ἦν τότε σωφροσύνη τῶν γυναι-  
 κῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ, ὡς ἀπίστην εἶναι τὸ  
 μοιχείας παρ' αὐταῖς. Πιλαρῶν Γεραδάτας  
 τις Σπυρτιάτης ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ξένου, τί  
 πάσχουσιν οἱ μοιχοὶ παρ' αὐταῖς ( ἔδωκε γὰρ  
 ἑρᾶν περὶ τῆς νένομοθετημένου ὑπὸ Λυ-  
 κούργου ) εἶπεν, οὐδαὶς ὡξίνε, γίνεται μοι-  
 χὸς παρ' ἡμῶν. ἐκείνου δ' ὑπολαβόντος, Ἄν εἴ  
 γένηται; πῶς αὖ, εἶπε αὐτὸς, μοιχὸς ἐν Σπάρτῃ  
 γένοιτο, ἐν ἡ πλῆθος μὲν, καὶ τρυφή, καὶ καλλωπισ-  
 μὸς ἀνιμάζονται, αἰδώς δ' καὶ ἄκροσμία, καὶ  
 τῶν ἡγῶν μύρων παθῶν πρᾶσσονται; *Tanta erat  
 quondam Spartanarum mulierum pudicitia,  
 ut esset incredibile adulterij crimen apud  
 Spartanos inveniri; ideò quidam Geradas  
 Spartanus interrogatus, quid pœnarum da-  
 rent apud Spartanos adulteri, neq; enim vi-  
 dere se quicquam sancitum de hac re à Lycur-  
 go, Nullus, inquit, apud nos adulter est. Cum  
 ille respondisset, Quid igitur si existat? Quo  
 pacto, inquit Geradas, Sparta existat adulter,  
 in qua divitia, delitia, & corporis adscitum  
 cultus probro habetur: contra verecundia,*  
*mode-*



modestia, ac obedientia magistratibus acbi-  
ta observatio, decori laudiq; dantur?

Ἀχθείσης παιδίσκης πρὸς Ἀλεξάνδρον τὴν  
μέγαν, ὡς σιωπῶσα παυσαμένη πρὶ ἐσπέραν  
βαθεῖαν, ἠρώτησεν ὅτι τῆνικαύτα. τῆ ἑπίσης,  
Περίεργον γὰρ τὸν ἄνδρα κατακλῖναι πικρῶς  
ἐπέλιμψε τοῖς παισίν, ὡς μικρῶς δὲ αὐτοῦ μοιχῶς  
ἡρόμενος. καλὸν τὸ ἀγνίας. παράδειγμα ἐν τῷ  
νεανίσκῳ ἅμα καὶ βασιλεῖ. Cum puella qua-  
dam multa nocte ad Alexandrum Magnum  
esset deducta, cum eo dormitura, rogavit Rex,  
ubi fuisset tam diu? illa respondente, se ex-  
spectasse donec maritus iuisset cubitum, mi-  
nistros accitos acriter obiurgabat: Reducite  
hanc, inquit, parum enim abfuit, quin ve-  
stra culpa factus fuerim adulter. Praclarum  
castitatis exemplum tum in juvene, tum in  
rege.

Διονύσιος ὁ τύραννος τὸν ἦν ἀιδόμηνος, ὡς  
τὴν ἀρχὴν ἀπολιπεῖν ἐμελλεν, αἰδρὸς ἐλθεῖν  
διαφθέραι τὰ γυναικῶν, ἠρώτησε μετ' ὀργῆς, τί  
ποιῶτον αὐτῷ σιμῶιδεν; εἰπόντος ἡ νεανίσκου, σὺ γὰρ  
ὅσα εἶχες πατέρα τύραννον, οὐδέ σὺ, εἶπεν, υἱὸν  
ἐξέεις, εἰ μὴ πάυσι ταῦτα ποιῶν. Dionysius ty-  
rannus, cum intellexisset filium, cui principatū  
reli-



relicturus erat ingenui viri coniugem adulterasse iratus interrogavit, An unquam tale quicquam in patre comperisset? Hic adolescens, Tu inquit, non habebas patrem regem. Nec tu, inquit, Dionysius, filium regem, habiturus es nisi talia perpetrare desinas.

Διαγένης ἀκροῦς πρὸς ὄλι διδυμῶν ὁ μοιχὸς σιωπῆ φθῆ, ἄξιον, ἔφη, ἐκ τῶν ὀνόματων κρεμασθῆναι. διδυμοὶ γὰρ τοῖς ἔλλησι ὄρχιδας κέγονται. Cum quidam Diogeni referrent, Didymonem mæchum comprehensum, Dignus est, inquit, qui ex ipso nomine suspendatur. Didymi enim Græcis testiculi dicuntur.

Ὁ Σόλων ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, τὴν γυναῖκα, ἔφη, ἢ αὐτὴν ἄλλω μοιχῷ, ἐκείνου κοσμεῖσθαι, εἰς τὴν δημοτικὴν ἱερεῖα εἰσιέναι, ἵνα μὴ τοῖς ἀναμαζήτητος ὦν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθαίη. Solon legumlatorum celeberrimus, mulierem, apud quam erat adulter deprehensus, ornari non sinebat, nec in fana publica ingredi, ne suo interventu integras matronas corrumpere.

## A V A R I T I A.

Βίων πρὸς πλάσιον μικρολόγον, οὐχ ἔπος, ἔφη



ἔφη, τὴν ἕστίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ ἕστιά ἐστιν, Βίον  
*in divitem quendam sordidum sic locutus est.*  
*Hic facultates suas non possidet, sed ipsum*  
*possident facultates.*

Διογένης τὴν Φιλαργυρίαν ἐπεμητριάς  
 πολὺν πάντων τῶν κακῶν. *Diogenes dicere so-*  
*litus est, Pecunia cupiditatem esse arcem*  
*omnium malorum.*

Ἀνάχαρσις ὁ Φιλόσοφος μαθὼν πέπλαρας  
 δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεῶς, τοσούτον, ἔφη,  
 ὅσον θανάτου οὐκ ἀλέοντος ἀπὸ χερσίν. Ἰππωλητῶν  
 τῆς ἐμπόρων Φιλαργυρία τὸ κέρδος ἐνεκα  
 εἰς φαυλὸν κινδύνον κωλύσασάντων.  
*Anacharsis Philosophus cum cognovisset*  
*spissitudinem tabularum nauticarum esse qua-*  
*tuor digitorum, Tantillum, inquit, absunt à*  
*morte qui navigant. Congruit cum hoc*  
*Apophthegmate vetus dictum: Tantum*  
*distat vita navigantium à morte, quan-*  
*tum navis supra aquas eminent. Hæc verò*  
*distantia sæpè non superat spacium palmi mi-*  
*noris. Notavit negotiatorum avaritiam,*  
*qui lucri gratia seipsos in manife-*  
*sta pericula conij-*  
*ciunt.*



EDUCATIO, IN-  
STITVTIO, DISCI-  
plina puerorum.

**Μ**ΕΤΑ τὴν Ἄγιδος ἦσαν ἡμέρας αὐτῶν Ἰαν-  
τιπάτρως πενήκοντα πίδας, Εποκλῆς εἶπε,  
παιδας μὲν εἰ δώσιν, ἵνα μὴ ἀπαύδωτοι γέ-  
νωσιν, τὸ πατρίω ἀγαγῆς ἀτακλήσαντες ( ἔδὲ  
πολίται γὰρ αὐτοὶ εἶσαν ) πρὸς βύτας δὲ ἢ γυναι-  
κας, εἰ βέλοιστο, διαπλασίως δώσιν, ἀπὸ λήνης  
ποσ δὲ αὐτὰ δφια, εἰ μὴ λάβοι, ἀπεκρίναντο  
κρινῆ, Εὐὰ χαλεπώτερα θανάτω Ἰπιδάτης,  
ἄκρωτον ἄπο θανάτου. καλῶς σιωπῶ  
καὶ αὐτοὶ οἱ σώφρονες ἄνδρες, εἰ μικρὸν  
διαφέρῃ τὸ ἔπος ἄθως ἐκ νέων εἰδίζεσ-  
σαι, ἀλλὰ παμπλὺ, μᾶλλον ἢ τὸ πᾶν. *Cum post  
infelicem regis Agidis pugnam, Antipater à  
Lacedaemonijs quinquaginta pueros obsidum  
loco posceret, Etocles, qui tunc Ephorus erat,  
negavit se daturum, ne pueri malis moribus  
apud peregrinos imburentur, patria educa-  
tione privati, sine qua ne cives esse possent,  
se potius senes & mulieres duplo plures da-  
turum esse. Cum autem Antipater atrociamini-  
maretur, si postulata non acciperet, populus*

ἕνα



EDUCATIO INSTITVTIO

una voce respondit : Tu si acerbiora morti  
imperabis, facilius moriemur. Optimè intellexe-  
runt homines illi sapientes, non parvi, sed ma-  
gnopere, atq; adeo ad summum referre utrum  
sic an secus iam inde à puero assuescamus.

Παῖς παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ὑπὸ τινὸς  
καλαθεῖς εἰ τῷ πατρὶ ἐξήγαγεν, αἰσχρὸν ἦν τῷ  
πατρὶ μὴ προσελθῆναι ἀκῆσαι τὰ παῖδιν ἑτέρας  
Puer apud Lacedaemonios castigatus, si querelā  
ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc  
audito, non iterum in filium animadvertisset.

Δυκῶρον ὀνομαζέτης βελόμων ἐκ τῆς  
περὶ παρχῆσης διαίτης τοῦ πολίτας εἰς σωφρο-  
νετέραν βίαν τάξιν μετέστη καλοκαγαθικὰς ἀε-  
πέρας ζῆσαι (ἀβροδίατοι γὰρ ἦσαν) δύο σκύλακας  
ἀνέθρεψε δ' αὐτὰ πατρὸς ἢ μητρὸς γενόμενος,  
καὶ τὴν μὲν εἴδισε περὶ λιχνηίας, οἰκτιρέας, τὴν δὲ  
ἐπαγόμωνος ἤσκησε περὶ κωμηγῆσια. ἔπειτα ἀγο-  
γῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἔθηκεν ἀκαίθαις καὶ λιχα-  
νείας τινὰς, ἀφῆκε δὲ καὶ λαγῶν. Ἐπὶ τὰ συνηθῆ  
δὲ ἑκατέρωθεν ὁμήσαντες, καὶ πατέρας τὴν λαγῶν χ-  
ρωσαμένους, εἶπεν, Ὁρθῆτε, ὦ πολῖται, ὅτι ταυτῶν γέν-  
ους ὑπάρχοντες, ἐν τῇ βίᾳ ἀγωγῇ παραπλή-  
ωλλήλων διάφοροι ἀπίβησαν, καὶ ποιητικωτέρως

B

τὸ Φύε



18 E D V C A T I O I N S T I T V T I O

Ἡ φύσις ἢ ἄσκησις πρὸς τὰ καλὰ τυχεράνδ' ;  
 Lycurgus ille legislator, cum conaretur cives  
 suos à moribus presentibus ad temperantio-  
 rem vivendi rationem traducere (nam erant cor-  
 rupti delicijs) duos educavit catulos eodem pa-  
 tre & eadem matre progenitos: quorum alte-  
 rum passus est domi lautioribus cibis vesci, al-  
 terum eductum ad venationem exercuit. De-  
 inde cum ambos in forum, ubi turba conuocata  
 erat, produxisset, spinis simul & escis quibus-  
 dam delicatoribus illic positis, mox leporem  
 emisit. Sed cum uterq; raperetur ad assueta  
 & alter ad escas ferretur omni impetu, alter  
 leporem invaderet. An non videtis, inquit,  
 cives, duos catulos, cum ex eodem sint genere,  
 tamen ob diversam educationem admodum  
 dissimiles inter se evasisse, plusq; ad honesta-  
 tem momenti habere exercitationem, quam  
 naturam?

Ἀριστοτέλης ἔλεγε τὸ γονέων οὐτὸ παιδῶσιν  
 πλεονεκτήριον εἶναι τὸ μόνου γυμνασίου. οὐτὸ  
 μὲν γὰρ ζῆν, οὐτὸ δὲ, ἢ καλῶς ζῆν παραχέει.  
 Aristoteles dicere solitus est, Parentes, qui  
 rectè liberos suos instituisent, multo honorabi-  
 liores



## DISCIPLINA PVERORVM

biliores esse ijs, qui tantum genuissent, quod ab his contigisset vivere, ab illis autem bene vivere.

Παρά τοῖς Λακεδαιμονίοις τὸ πολιτῶν ὅς αὐτῶν μὴ ὑπομῆναι τὴν τῶν παιδῶν ἀγωγὴν, ἔμελλε τὸ τῆ πόλεως δικαίον. Apud Lacedaemonios quisquis ex civibus liberorum institutionem negligeret, civitatis iurium expers erat.

Ἀγησίλαος ἔπιζητᾶν τὸς τινας δὲ μαυθάνειν εὖ τὰς παιδας; Ταῦτ' εἶπε, οἷς καὶ ἀνδρες γενόμενοι χεῖρονται. Agesilaus, interrogante quodam, quanam potissimum pueris essent dicenda? Ea, inquit, quibus natu grandiores facti uti possint.

Φίλιππος ὁ Μακεδῶν Ἀλέξανδρον τὸν υἱὸν ἐκέλευεν ἀριστοτέλῃ προσέχειν, καὶ φιλοσοφῆσαι. Ὅπως, εἶπε, μὴ πολλὰ τοιαῦτα πράξεις, ἐφ' οἷς ἐγὼ πεπραγμένοις μετamelωμαι. Philippus Macedo Alexandrum filium hortabatur, ut auscultaret Aristoteli, daretque operam philosophia. Ne, inquit, multa committas, quae me fecisse nunc penitet.

## BELLVM.

B 2

Ἀρχία



**Α**ρχίδαμος ὁ Αγησιλάου ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ  
 πρῶ πολέμῳ τῶν συμμάχων Ἰππικῶν ἐν τῷ πόσει  
 χρημάτων ἀρκέσει, καὶ ἀξιάτων ὀρίσασθαι τὰς Φόρας  
 αὐτοῖς, εἶπεν, ὁ πόλεμος ἔτι γὰρ ἀγνώστῳ σιτῆται.  
*Archidamus in bello Peloponnesiaco quarenti-*  
*buis socijs, quantum pecunia satis esset, et postu-*  
*lantibus, ut tributorum certum modum prescri-*  
*beret, Bellum, inquit, non alitur certa mensu-*  
*ra, vel, Bellum demenso non pascitur.*

Χαβρίας εἰώθει λέγειν, ὅτι φοβερώτερον  
 ἐστὶν ἐλάφῶν στρατόπεδον, ἢ γαμῶνα λέοντος, ἢ  
 λεόντων, ἐλάφῶν νομίζων, ὅλην τὴν ἔπι πόλεμος  
 τύχην ἐν τῇ τῆς στρατῶν ἀρετῇ καὶ φρονήσει κεί-  
 ονται. *Chabrias dicere solebat, Formidabiliorem*  
*esse cervorum exercitum duce leone quam leo-*  
*num, duce cervo. Sentiens totam belli fortu-*  
*nam pendere à virtute prudentiaq; ducis.*

Ξενοφῶν φησὶ, τὴν εἰρηνὴν μέγα ἀγαθὸν  
 εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, πόλεμον μέγα κακόν. *Xenopho-*  
*n inquit pacem maximum esse homini bo-*  
*num, bellum maximum malum.*

Φίλων ἔλεγε, εἰρηνὴν καὶ ἡσφόδρα Ἰππι-  
 κῶν, λυσιπείθειαν εἶναι πόλεμον. *Philo*  
*dicebat*



dicebat, Facem, etiamsi ea multum incommodo  
di habeat, tamen esse utiliore bello.

BENEFICENTIA.  
LIBERALITAS.

Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξης ὁ μακρόχρως προσανα-  
ρδύθεις, ἔλεγε ὅτι τὸ προσδῆλαι τὰ ἀφελῆναι  
βασιλικῶν πρὸν ἐστὶ. Artaxerxes Xerxis filius,  
cognomento Longimanus, dicere solebat, Multa  
tò regalius esse addere aliquid, quàm adimere.

Φίλιππος ὁ Ἀλεξάνδρου πατὴρ πρὸς Φίλι-  
ωνα τὸν Θεβαίων Ὀβριγίτην αὐτὰ ἡρόμνον καὶ  
ξένον, ὁπηνικα δὴ ἦν ἐν Θεβαίαις, ὁμηροῦν, ὕστα-  
τον ἡμετερίαν παρ' αὐτὰ δωρεὰν ὡς δεχόμε-  
νον, Μή με, εἶπεν, ἀφαιρῆ τὸ ἀνίκητον Ὀβριγί-  
αις, καὶ χὰ εἰς ἡρόμνον. Philippus Alexandri  
pater, cum Thebis esset obses, Philonis Thebani  
hospitio usus est, multis insuper beneficijs ab eo  
affectus, Is cum vicissim nihil muneris à Phi-  
lippo accipere vellct. Ne me, inquit Philippus,  
beneficentia superatum, hac laude spolies, quod  
hactenus à nemine beneficijs victus fuerim.



Περίλλου τινός τῷ Φίλων τῷ Ἀλεξάνδρῳ,  
αἰτήσασθαι πρὸς αὐτὸν ταῖς θυγατρῶν, ἐκέλευσε  
πεντήκοντα ταλάντα λαβεῖν. αὐτὸς δὲ φησὶν,  
ἰκανὰ εἶναι δέκα, Σοίγῃ, εἶπε, λαβεῖν: μοὶ δὲ  
ἔχ' ἰκανὰ δέκα. *Alexander cum Perillus qui-*  
*dam, ipsius amicus, filiabus suis ab eo dotem*  
*peteret, iussit illum capere talenta quinquagin-*  
*ta, Cumq; is respondisset, decem satis est, Tibi*  
*inquit accipere tantum satis est, Mihi, vero*  
*non satis est, tantum dare.*

Ξενοκράτη τῷ Φιλοσόφῳ Ἀλεξάνδρῳ πενή-  
κοντα ταλάντα πέμψας, ὡς ἄν εἰδέξαστο, μὴ δεῖα  
δοῦναι φησὶς ἠρώτησεν εἰ μὴ δὲ Φίλων ἔχῃ ξενος  
κράτης. Ἐμοὶ μὲν γὰρ, εἶφη, μόλις ὁ Δαρεῖος πλε-  
τος εἰς τοῦ Φίλλου ἤρκεσε. *Xenocrati Philosofo*  
*Alexander quinquaginta talenta dono misit:*  
*ea cum ille recusasset, accipere, dicens sibi non*  
*esse opus, interrogavit anne amicum ullum ha-*  
*beret, cui esset opus. Mihi, inquit vix Darij*  
*opes in amicos sufficerent.*

Ἐπεὶ ταξιάρχης εἰς τὸ Ἰνδῶν βασιλεύς ὢν,  
ἀπαντήσας πρὸς αὐτὸν μὴ μάχεσθαι μὴδὲ πολε-  
μεῖν Ἀλεξάνδρῳ, ἀλλ' εἰ μὲν εἰσὶν ἡττιαν, ἀπά-  
χειν, εἰ βελτίων, ἀπειεῖν. ἀπεκρίνατο, πρὸς  
αὐτὸν τὸ μὴ μάχεσθαι εἶναι, πότρε δὲ ἀπειεῖν



πειγένηται. ἢ Φιλανθρωπίας ἀπαραζόμενον αὐτὸν  
 τὸν, ἔ μόνον ἔσθι ἀπιεσέθηκεν αὐτὸν τὸ χέρας  
 ἀλλὰ ἢ ἤυξήσεν αὐτὴν. Taxiles unus ex nume-  
 ro regum India, occurrens Alexandro, Provo-  
 co, inquit, non ad pugnam, nec ad bellum,  
 sed ad aliud certaminis genus, Si inferior es,  
 à nobis accipe beneficium, Sin superior, nobis  
 benefacito. Cui Alexander. At ἔ, ob hoc ipsum  
 nos certare oportet, uter benefaciendo iupe-  
 ret alterum. Et humanissimè complexus il-  
 lum non solum non spolia vit dititione, sed auxit  
 etiam.

Αντίγονος ὁ Μακεδών, Αριστοδήμου τὸ Φί-  
 λων πινὸς ἔκ μαγείρας γενομένη δοκῶντος, συμ-  
 βεβλήοντος ἢ αὐτῶ τῶν ἀναλωμάτων καὶ τῶν  
 δωρεῶν ἀφαγεῖν, οἱ λόγους, εἶπεν, ὦ Αρι-  
 στοδήμω πειζώματι ὅζουσι. ἀποδείξας, τὴν Φι-  
 δωλίαν ἔ τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τῶν μαγείρων  
 εἶναι, Antigonus Macedo, Aristodemo cuidam,  
 qui cocci filius esse putabatur suadenti ut impen-  
 dijs ac largitionibus aliquid detraheret, verba,  
 inquit, tua Aristodème, ius olent, Subindicans  
 parsimoniam coquorum esse, non regum.

Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος πρὸς τὸν ἕν εἰ-  
 σελθών,



σελθῶν, καὶ θεασάμενος ἐκπλάττειν χρυσῶν  
καὶ ἀργυρῶν πλῆθος, ἀνεβόησεν, ὅτι ἔστιν ἐν  
σοὶ τύραννος, ὃς ἅφ' ὧν λαμβάνεις ἀπὸ ἐμῶν  
ποτηρίων τούτων, φίλον ἔδεναι σε αὐτῷ πεποιή-  
κας. Dionysius senior, cum ad filium ingressus,  
conspexisset vasculorum aureorum & argenteo-  
rum magnam vim, exclamans, Non est, in-  
quit, in te regius animus, qui his poculis, quae à  
me tam multa accepisti, neminem tibi amicum  
pararis.

Πλάττειν ἔπειν, ἔχ' ἤτιον βασιλικὸν καὶ  
Φιλαίθρῳπον εἶναι ἔ' μεγάλα δίδουαι, τὸ μί-  
κρον λαμβάνειν ἄμετρως ἔ' προθύμως. Plu-  
tarchas inquit, Non minus regium & huma-  
num esse, exigua benevolè & placidè accipere,  
quàm magna dare.

## ALITER VIVERE, QUAM DOCEAS.

Τὸς λέγοντας μὲν τὰ ἀπυθάρτα, μὴ ποιῶντας δ',  
Διογενὴς ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν κινδύρου. καὶ  
ἂν τὴν μὴτε ἀκέρειν, μὴτε αἰδομένην. Qui  
de honestate multa loquerenturi nec rectè vi-  
verent.



uerent, Hos Diogenes dicebat Cithara similes esse, quæ sono prodesset alijs, ipsa nec audires, nec sentiret quicquam.

Κλεάνθης ἔλεγε, ὅτι ἐκ τῶ πλείονος οὐ μοῖον τι πάσχειν τῆς λύρας, αἱ καλῶς φθεγγόμεναι, αὐτῶν οὐκ ἀκούουσιν. ὑποδείξας, ὅτι ἐκ τῶ πλείονος καλῶς μὲν διδάσκουσιν, τὴν ζωὴν δὲ τῆς διδασκαλίας πλείονος ἀπέχουσιν. Cleanthes dicere solebat, Peripateticis idem accidere, quod Lyris, quæ cum alijs benè sonent, seipsas non audiunt: Sentiens Peripateticos præclarè quidem docere, sed vitam à doctrina longè lateq; distare.

Θαλῆς ἐρωτηθεὶς πῶς αὐτῷ ἀρεστὴ ἢ δικαιοσύνη βιώσασκεν, εἰ, ἔφη, ἀπὸ τῶν ἄλλοις ἴσθης μῶν, αὐτοὶ μὴ ὁρῶμεν. Thales interrogatus, quo pacto optimè ἔῃ iustè, viueremus. Si, inquit, quæ in alijs reprehendimus, ea ipsi non faciamus οὐδὲν ὄφελος τῆς κατηχήσεως, ὅταν ἡ διὰ τῶν ἔργων ἰσχύς μὴ συμβαίη τοῖς λεγομένοις ἔφη τις τῶν σοφῶν παλαιῶν. Nihil iuvat institutio uerbis facta, nisi ipsius, operis exhibitio dictis accedat, dixit quidam ex sapientibus antiquis.



ANIMI BONA,  
CVLTVS ANIMI,  
VIRTYS.

**A**ντιθένης τοιαῦτα δεῖν εἶπεν διαπιεῖσθαι ἐφ' ὅσον  
 ἴσθαι, ἃ καὶ ναυ αἰγίσαντι συγκολυμβήσθαι. δια-  
 δασκων, τὰς καλὰς τέχνας πάντα καὶ πολλὰ ἀξί-  
 ας εἶναι, ἃ εἰ δὴ ἀφ' αὐτῶν ὑπὸ τῆς τύχης ἀφαιρῆται  
 θλώσθαι. *Antisthenes dixit. Ea paranda esse vi-  
 atica, qua simul cum naufrago enatarent: Sen-  
 tiens bonas artes ubiq; esse in precio, nec posse à  
 fortuna eripi.*

Σωκράτης ἔλεγε, ἐν μόνον ἀγαθόν εἶναι, τὴν  
 Πιστήμην, ἃ ἐν μόνον κακόν, τὴν ἀμαθίαν. πλεῖ-  
 στον ἢ καὶ ἀγαθόν εἶδεν καλὸν ἔχειν, πᾶν ἢ τὸ  
 κακίον κακόν. *Socrates dicebat unicum esse  
 bonum, Scientiam, & contra malum unicum,  
 inscitiam. Opes vero & nobilitatem non solum  
 nihil in se habere honestatis, verum & omne  
 malorum genus ex eis oriri.*

Ὁ αὐτὸς ἤξεισεν οὖν νέους σωφροῦς κατοπιεῖσθαι  
 ζῶσθαι, ἵν' εἰ μὲν καλὸν εἶεν, ἀξιοὶ γίνοντο εἰ-  
 δὲ αἰσχροὶ, παιδείᾳ τὴν ἀσθένειαν ἐπικαλύπτουσαν  
*Idem hortabatur iuvenes, ut se subinde ad  
 speculum*



speculum contuerentur, ut si egregia forma  
essent, nihil ea committerent indignum, Sin  
minus eam deformitatem eruditione tegerent  
hoc est, quod corpori deesset, id ingenij cultu  
pensarent.

Πρὸς τὸ παραχρημαλίζον αὐτὰ τὰ πλάσῃ  
μερῶν, ἔπε μοι, Φησὶν Ἀντιθένης, εἰ Φωνὴν  
λαβοὶ ὁ χαλκός, ἴππιν αὖ σερυνωθῆναι. Ἐ  
δ' ἐπόντ', ἐπὶ κάλλει, οὐκ αἰσχύνῃ ἐν, ἔφη,  
γεγηθὼς ἀφύχῳ; Κημῶντων μάλλον προσήκει  
σεμνωέει ἴππιν τοῖς τ' ψυχῆς ἀγαθοῖς, ἢ ἴππιν  
τὰ κάλλει, ὅπερ αὐτὰ κοινὸν ὑπῆρχε πρὸς τοῦ  
ἀνδριανταί. Quidam adolescens curarat sese  
ex aere sculpendum, & ad eam imaginem sese  
conformabat. Hinc Aristhenes, Si es inquit,  
posset vocem edere, qua de re potissimum glo-  
riaretur? De pulchritudine, ait adolescens.  
Non igitur inquit, erubescis, qui cum re inani-  
a gloriaris? Significans, magis gloriandum  
esse de bonis animi, quam de forma, quam ha-  
beret cum statua communem.

Χάριλλον ἐρωτηθεὶς, τίνα νομίζῃ πολὺ  
ἴσασιν ἀρίστην, ἔφη, ἐν ἣ πλεῖστα ἀρετῆς  
πολυ



28 HONOR VIRTVTI HABITVS

πολιτῶν πρὸς ἀλλήλους, ἄνευ κρίσεως  
ἀγωνίζονται. Charillus interrogatus quam  
arbitraretur optimam Rempublicam. Respon-  
dit, in qua plurimi ciues inter se de virtute te  
decertant, citra seditionem.

HONOR VIRTVTI  
HABITVS.

Αντιθένης ἔφη τότε τὰς πόλεις ἀπολλύ-  
σθαι, ὅταν μὴ διώκοντα τὸν φαῦλος ἀπὸ  
τῶν ἀκαταίμων διακρίνῃ. τῆς δὲ ὅταν οἱ ἀγαθοὶ  
οὐκ ἀεργετώμενοι προσκέντωσιν, καὶ οἱ κακοὶ ἔχ-  
οῦν δικὴν δώσιν τῶν ἀμαρτημάτων. Antisthe-  
nes dicebat, tunc ciuitatibus exitium immine-  
re, cum in his nullum esset bonorum & malo-  
rum discrimen. Hoc est, boni non ornantur  
praemijs, & mali non suscipiunt pœnas sceleribus  
suis dignas.

Λύσανδρος, Πέρσας ἐρωτήσας ποίαν  
μάλιστα καὶ ἐπιεικῆ πολιτείαν, ἣτις ἔφη, τοῖς  
ἀνδράσι δὲ τοῖς τοῖς προσήκοις ἀπιδίδωσιν.  
ὡς δὲ τὴν ἀρετὴν ἀθλοῖς παρακαλεῖσθαι, καὶ τὸν  
αἰαίε



ἀναίδρως τῇ ἀλμύρα παροξυωθῆναι. *Lysander interrogante Persa, quam Rempublicam maxime probaret, eam, inquit, in qua fontibus ac meticulous viris, congrua utriusq; reddantur. Sensit virtutem præmijs invitari, ignavos excitari ignomina.*

Κάτω ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε, πὺς τὴν ἀρετὴν αὐτὴν τῇ πρῆξι ἐαυτῆς ἀποστερεῖται, τὴν ἀρετὴν αὐτὴν τῇ νεότητι ἀφαιρεῖται. ἠγέμεθα ἄθλοις οὐ νεωτέρως πρὸς τὴν ἀρετὴν προτρέψην δῆν, ἀλλ' εἰ ἀφέλης, αὐτὴ ἀρετὴ παρακινεῖται. *Cato senior dicebat. Eos qui virtutem suo honore defraudarent ipsam virtutem à iuventute auferre. Sentiens præmijs iuvenum animos accendendos esse ad virtutem, quæ si detrahas, ipsa virtus languescit.*

Ἀνὴρον ἔπει νεανίσκῳ ἀνδρῶν πατρὸς αὐτὸς δὲ μὴ πᾶν δοκῶν ἀγαθὸς εἶναι στρατιώτης, ἠξίως τὰς ἑπὶ πατρὸς λαμβανῆν ἀποφορας, ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν ὧ μισθῶν κίον ἀδραγαθίας ἔπει πατραγαθίας μισθὸς κῆ δωρεὰς δίδωμι. Τετὼ τῷ λόγῳ νεανίσκῳ παρακελεύομαι, τὴν ἑπὶ πατρὸς ἀνδραγαθίαν μιμῆσθαι, εἰ ὅσον αὐτὸς λαβεῖν εἴωθε τῶν



σᾶπιν αὖ ἤθελε δέχεσθαι. Antigonus adoles-  
 scenti cuidam, qui patrem habuerat fortem,  
 quanquam ipse non admodum, ut videbatur,  
 bonus erat miles postulanti ut patris stipendia  
 caperet, At ego, inquit, ὦ adolescentule, non ὁ  
 patrias, sed ob proprias cuiusq; viri virtutes  
 mercedem ac munera dare solet. Hoc sermo-  
 ne iuuenem exstimulans, ut patris fortitudi-  
 nem aequaret, si quantum illi capere solcat, vel-  
 let accipere.

## BONORVM RARITAS.

Διογένης λύχνου μεθ' ἡμέραν ἄψαε, Ἄνθρω-  
 πῖν, φησι, ζητῶ. ἀντίομῳ σου τὸ πόλε-  
 ως τρόπος τίστιν εἶναι διαφθαρμένους, ὥστε  
 μόλις ἀνθρώπος ἀξίους εἶναι. Diogenes quor-  
 dam tempore lucernam accensam gestans ob-  
 ambulabat clarissima luce, Hominem, inquit,  
 quero. Indicans ita civitatis mores esse cor-  
 ruptos, ut vix homine digni sint.

Ὁ αὐτὸς ἐκ τῆ βαλανείας ἐξιών τῷ μὲν  
 ποδομάρῳ εἰ πολλοὶ ἀνθρώποι λυῖται, ἠρνή-  
 σαιτο.



αυτο. τῷ δὲ εἰ πολὺς ὄχλος, ὡμολόγησεν ὅτι ἴσχυον  
 μᾶλλον τὴν αἰθρῶτα λέξιν ὀλιγοῖς ἀρμότιον.  
*Idem, cum è balneis redeuntem quidam ro-*  
*gassent, num illic esset multum hominum, ne-*  
*gavit esse. Rursus interrogatus, an illic es-*  
*set multa turba, annuit. Significans hominis*  
*vocabulum in paucos competere.*

Ἐπαινῆς κὲν ἀπὸ Ὀλυμπίων. πρὸς ἓν τὸν  
 πτολομαχόν, εἰ ὄχλος ἦν πολὺς; Πολὺς μὲν,  
 εἶπεν, ὁ ὄχλος, ὀλίγοι δὲ αἰθρῶται. *Sic redeun-*  
*tem ex Olympijs quidam interrogabat, vidisset*  
*ne illic multam turbam: Turbam, inquit, plu-*  
*rimam, sed homines perpaucos.*

AMBITIO ARRO-  
 GANTIA.

Ἀλέξανδρος ὁ μέγας, ἐλαφρὸς μὲν ὤν καὶ  
 ποδῶκης, παρακαλεῖται ὑπὸ ἑ πα-  
 τρὸς, Ὀλυμπία δρᾶμεῖν στάδιον εἶνε, εἶφη βα-  
 σιλεῖς εἶναι ἐμελλον ἀνταγωνισαίς. *Alexander*  
*magnus cum levitate corporis & pedum cele-*  
*ritate polleret, patri hortanti, ut in Olympijs*  
*stadium decurreret, Facile, inquit si reges ha-*  
*biturus essem concertatores,*

ἀείσιπ.



Αρίστιππος ὁ σεμνουιδύς τις ἐπὶ πλου-  
μαθία ἔφη, ὡς περ ἔχ. οἱ τὰ πλεῖστα ἐδίουτες,  
ὕγιάνουσι μάλλον τὸ δέοντα προσφερομένων  
ἔπειτα ἔχ. οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρησιμα ἀναγινώ-  
σκοντές εἰσι σωφράοι. *Aristippus cuidam ia-*  
*ctanti se, quod esset πολυμαθής, hoc est, mul-*  
*tuplicis eruditionis. Quemadmodum, inquit,*  
*non hi, qui plurimum edunt, melius valentis,*  
*qui sumant, quantum opus est: Ita non qui plu-*  
*rimum, sed qui utilia legerunt, studiosi & eru-*  
*diti habendi sunt.*

Διογένης πρὸς τὸν λέγοντα πρὸ τῶν με-  
πύρων, Πρωτῆ ἔφη, πᾶρ' ἄπο τῆς κερᾶς,  
*Diogenes cuidam de rebus caelestibus ad inge-*  
*niij ostentationem multa differenti, Quam nus-*  
*per inquit, de caelo venisti?*

Αριστοτέλης Ἰερατάμω ὁ νεανίσκον κα-  
ταφρυάμω, μηδὲν δὲ Ἰπταάμω νεανίσκε,  
ἔφη, οἷός μοι δοκᾷς αὐτὸς εἶναι, ἐγὼ γενοίμην  
οἷός σου δὲ τῆ ἀληθείᾳ ὑπάρχεις, τοῖστί μοι οἱ  
ἐρῆγοὶ γέροντο. *Aristoteles adolescentulum*  
*superciliis sublatis superbientem conspicatus,*  
*sed nulla scientia praeditum, Adolescentule,*  
*inquit*



inquit, utinam talis essem, qualis ipse tibi  
videris: qualis autem reuera es, tales fiant  
hostes mei.

Ὁ αὐτὸς κατανοήσας μισθῆκιον Ἰππὶ πρὸς  
λιπελαῖα τὴν χλαμύδα σερμυνόμδρον, ἢ  
παύση, ἔφη, μισθῆκιον Ἰππὶ πρὸς βᾶτα δορᾶ  
σερμυνόμδρον; Idem cum animaduertisset  
sumptuosa chlamyde adolescentulum se ia-  
ctantem: Non desines, inquit, adolescens  
tule ovis pelle gloriari?

## CALVMNIA, MA- LEDICENTIA OB- tractatio.

Θεαρίδας ξίφος ἰκονῶν, ἠρωτήθη  
ὄξύ ἐστι, Κῶα, εἶπεν, ὄξύτερον διαβολῆ.  
αἰνιτιόμδρον, πλὴν διαβολὴν πάντων ἑλασ-  
βερωτατον εἶναι. Thearidas cum gladium  
acuere, Rogatus à quopiam, Num acutus  
esset? Acutior, inquit, calumnia? indicans.  
Rem omnium nocentissimam esse calumni-  
am.

G

Μέμνον



Μέμνων ὁ Ἀλέξανδρον πολέμων ὑπὲρ Δαρείου βασιλέως, μισοφόρον ἵνα πολλά βλασφήματα ἀσελγῆ περὶ Ἀλεξάνδρου λέγοιτα, τῆ λόγῃ πατάξας, Εγώ σε, εἶπε, τρέφω μαχηόμενον, ἀλλ' ἔλοιδορούμενον Ἀλεξάνδρῳ. Memnon dux, quo tempore bellum gerebat adversus Alexandrum, militem quendam mercenarium, Alexandro petulanter maledicentem hasta percussit, Ego te, inquit, alo non ut illi maledicas, sed ut cum eo pugnes.

